





77.
ORDINARIVS

IDEMQVE

PROCANCELLARIVS

SENIOR ET RELIQVI DOCTORES

FACVLTATIS IVRIDICAE

LIPSIENSIS

SVM MOS IN IVRE HONORES

CVM SPE

SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO

OBTINENDI

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

ADRIANO HENRICO PLOESSINGIO

LIPSIENSI

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREO

D. IV. SEPTEMBR. A. C. MDCCXCV

COLLATOS

INDICVNT

INSVNT

Responfor. Iur. LIV. LV. LVI. et LVII.

1795, 5.

ORDINARIUS

TROCANULARIUS

LIBER ET REPERTORIUM

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE

PHARMACOPŌEAE



B. C. D.

RESPONS. LIV.

*Vis praesumptionis, pater est, quem iustae nuptiae demon-
strant, iustis limitibus circumscripta.*

His ipsis diebus acta iudicialia ad nos redibant, et in meas manus veniebant, coram praetorio Reichenbacensi gesta, ex quibus cum intellexissem, aliam Dicafteriis Lipsiensibus, alianque Senatui Prouocationum sententiam placuisse, statim in mentem veniebat, vtra verior et iustior esse videatur, curate inquirere. Quum enim cuiuscunque collegii, imo et summo loco constituti, membra homines simus, erroribus obnoxii, vt, quod de suo tempore *VLEIANVS in princ. l. r. D. d. Appellat.* fatetur, non vtiq̄ue nouissimam sententiam laturum melius pronunciare, vt potius non nunquam bene latas sententias in peius reformet, nec hodie sit infrequens, equidem, qui illustri huic collegio per tria propemodum lustra interfui, veritatis studiosus, vix vereor propterea videri arrogans, aliamue ob causam vituperabilis.

A 2

Nimirum

Nimirum Maiansia quaedam a marito suo domo expulsa, mense post enixa, eum conuenerat, vt partum editum agnosceret et aleret, facta simul paternitatis in libello diserte mentione, iunctaque iurisiurandi delatione. Reus, etsi cum actrice rem habuisse negauerat, et iuriurando se obtulerat, quoniam propter nuptias pater habendus esset, infantem agnoscere et alere iussus erat, nec interposita leuteratione fors ei cesserat opportunior. Steterat adhuc sententia his verbis concepta; *Dieweil ein Ehemann für den Vater des während der Ehe gebohrnen oder empfangenen Kinds denen Rechten nach so lange zu halten ist, biß das Gegentheil dergestalt, daß nicht der geringste Zweifel dießfalls weiter übrig, dargethan; Hierbey aber die Gewissensrührung um so weniger statt finden kann, da nicht einmal das eigne Bekenntniß der Mutter, oder die gleichförmige Erklärung beyder Ehegatten dazu hinreichend, so ist Bekl. da er Klin des ihr beygemessenen Ehebruchs halber, dessen sie jedoch für unschuldig gehalten worden, am 10. Jan. 1790 von sich aus dem Hause gestoßen zu haben eingerümet, das von selbiger am 2. Febr. desselben Jahrs zur Welt gebohrne Kind für das seinige anzuerkennen, demselben entweder in seinem Hause den nöthigen Unterhalt und Wartung zu verschaffen, oder Klin, so lange sie von ihm gesondert lebet, zu dessen Unterhalte wöchentlich 12 Gr. zu reichen — — schuldig.*

Prouocationum Senatui vero, ad quem haec lis per appellationem deuoluta erat, alia omnia statuenda videbantur. Decreuit enim sic; *Daß wohl appelliret, derowegen Appellant das*

von

von Appellatin am 2. Febr. 1790 zur Welt gebohrne Kind für das
 seinige zu erkennen, demselben entweder in seinem Hause den nöthigen
 Unterhalt und Wartung zu verschaffen, oder Appellatin, so lange sie
 von ihm gesondert lebet, hierzu wöchentlich 12 Gr. zu reichen, und
 die auf dessen Geburth und Taufe verwendeten, nebst denen Proceß-
 Kosten zu erstatten, noch zur Zeit nicht schuldig: Sondern, weil
 Appellant auf die erhobene Klage geantwortet, deren aber nicht
 allenthalben geständig, so ist dessen Principal den ihm über den 8. 9.
 10. 11. und 13den Punkt der Antwort deserirten Haupteyd, jedoch
 bey dem 9ten anstatt derer Worte: für beständig fast, diese: vom
 10den bis zum 7den Monath, von Appellatin am 2. Febr.
 1790 erfolgter Niederkunft zurückgerechnet, nach vorher-
 gehendem Appellatin Eyde für Gefährde zu schwören schuldig, ferner
 darauf zu befehlen, was recht ist.

Ex quo iudicato postquam reus iureiurando suo, falsa
 esse in libello prolata, coitum videlicet rei cum aërice, par-
 tusque ex eiusmodi coitu conceptionem, euicerat, actis
 iudicialibus, ex quibus haec omnia apparebant, nouae
 sententiae ferendae causa iterum acceptis, non potuimus
 non reum absoluerè, et expensas ob calumniae iuramentum
 ab aërice praestitum compensare.

Vt vero, quid mihi de hac re videatur, exponam, in-
 genue fateor, Senatus prouocationum sententiam se mihi
 rectiorem iustioremq; approbasse, quam a nostro collegio.

et Scabinis Lipsiensibus pronuntiatam. Illam in hoc vno improbandam duco, quod, praeter coitum actricis et rei, simul inpraegnationem ex illo insecutam rei religioni submiserat, et ne quidem hanc, tanquam certam et veram ab actrice propositam, de credulitate abiurari iusserat. Iudicis est, cauere, ne super eiusmodi assertis iuretur, quae, ab adversario negentur, an affirmentur, litis decisioni non inferuiunt. Et quemadmodum reus ab obligatione in lege sibi imposita eius inficiatione se non liberat, aequè minus iuuare potest, si negat, rectius dixeris, non credit, quae in iure credenda, seu, tanquam vera accipienda sunt.

Ponamus in re praesente, Maiansum coitum cum vxore feminis immissione perfectum affirmasse, negasse inpraegnationem ex eo consecutam. Quis facile hanc negationem damnationi moram facere somniatus fuerit. Scilicet inpraegnatio tanquam effectus coitus naturalis credenda, et propter praesumptionem iuris, huius responsi rubro inscriptam, eandemque ex fauore partus oriundam, (en veram significationem, et vim huius legitimaе praesumptionis, prout infra euincam,) vel tum assumenda est, si adulterium vxori exceptionis loco obiiciatur. Iam in re nostra porro ponamus, Maiansum in termino iurandi causa a iudice constituto coitum demum affirmasse, in negatione inpraegnationis vero perstitisse, et, ad rem iudicatam prouocando, iuriurando se obtulisse. Huic iniustae petitioni aut iure suo actricem et iudi-

iudicem, noua sententia opus esse excipientes, contradixisse, aut concessisse.

Si prius, reum indubius damnarem, ratione, vt honor iudicato exhiberetur, vsus, iurisiurandi concessionem respectu inpraegnationis accipiendam esse sub conditione, quippe abiurandi coitus: Sin posterius, aequitas et ius non sine grauissimo iudicati opprobrio eandem sententiam flagitaret.

Ad sententiam dicasteriorum quod attinet, id largior, liberos constante matrimonio editos legitimos haberi, sceleris insons, an adulterii rea sit mulier. Hoc inprimis intelligimus ex *l. 11. §. 9. D. ad L. Zul. d. Adulter.* eiusque his verbis, *non utique crimen adulterii, quod mulieri obiicitur, infanti praeiudicat, cum possit et illa adultera esse, et impubes defunctum patrem habuisse, nec non ex l. 29. §. 1. d. Probatt. vbi, quum mulier grauida repudiata, absente marito filium enixa, et spurium in actis professsa, denique, an professio a matre irata facta filio obstat, quaesitum esset, Ictus respondit, veritati locum superfore.* Vt adeo eiusmodi partus, non prout alius mulieris, quae cum duobus pluribusue rem habuit, pater incertus censeri debeat. Cuius exceptionis et praesumptionis rationem partim in fauore matrimonii, partim in quotidiana viri et mulieris consuetudine duco collocandam esse.

Sed

Sed hoc ita demum, prout BERGER. in *Oecon. Iur. Lib. I. Tit. II. §. 2. not. 8.* recte monet, si constat, vel, quod addendum esse puto, credibile est, uxorem cum marito quoque ita coisse, ut partus non minus ex marito, quam ex adultero, conceptus esse possit. Huius limitationis veritatem ULPIANI responsum probat in *l. 6. D. d. his qui sui l. al. iur.* his verbis obuium; sed mihi videtur, quod et Scaeuola probat, si constat, maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel alia causa; vel si ea valetudine paterfamilias fuit, ut generare non possit, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.

Haec verba, si constat maritum vel ob infirmitatem, vel propter aliam causam non concubuisse, simul indicant, nihil impedimento esse, quominus eiusmodi causarum iudici, quibuscunque fieri possit modis, fides fiat. Verbo. Tota res, quod ex his legibus, aliae enim non prostant, luce meridiana clarius apparet, eo redit, maritum existimandum esse patrem, nisi magis credibile sit, adulterum esse. Nec esse in probationis mediis quicquam immutatum, vnumue vel alterum exclusum. Qui enim matris confessionem omnino reiiciendam esse putant, vehementer errant. In *d. l. 29. §. 1. d. Probatt.* ad quam prouocant, fit mentio matris iratae. Ex quo naturaliter consequitur, non iratae, qualis praesumi non patitur, confessionem non esse abiiciendam, praesertim, si eam non sponte, sed vel a iudice interrogata, vel iuris-iurandi conditione ab aduersario oblata, prodit.

Quam




9

Quam ob rem, si in nostra causa Maiansia marito suo infantem, quippe in coniugio conceptum, agnosendum et alendum obtulisset, quis dubitauerit, Maiansio incubuisse, vel suscipere eundem, vel excipere, adulterinum esse, et hanc exceptionem probare. Quo ipso vero vxor partum ex mariti coitu procreatum in libello profitebatur, huiusque asserti causa iusiurandum deferebat, excipiendi necessitatem marito eximebat, eiusque loco transactionem offerebat, vt vel concederet petitioni, vel iuraret. Maritus contra eligendo iurandi conditionem, cui nullam legem obflare probauimus, transactionem sibi oblatam accipiendo perficiebat, et hoc ipso ius acquirebat, ne a Principe quidem, nedum a Iudice vilo iuris obtentu eripiendum. Quibus adeo, si quid video, conficitur, damnatoria mariti sententia vtrumque dicasterium a vero aberrasse.

Praesertim, quod in re praesente non infantis conditio, legitimus an ex damnato coitu natus videretur existimandus, eius alendi potius obligatio, marito, an vxori, incumbat, obiectum decisionis esse apparebat. Quae qualiscunque pro re nata necessaria videbatur, secundum notissimum illud, non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. 74. D. d. R. I.* infanti damnosa esse non poterat. Neque idoneam dubitationem mouere valebat criminale iudicium, pro ratione sententiae condemnatoriae insertum,

B

tum,



tum, in quo absolutoriam vxor sententiam retulerat.
 Scilicet haec ex suspicionis defectu contigerat, vt adeo
 obflare iuriurando ab vxore sua sponte oblato non
 potuerit, multoque minus iure per eius acceptationem
 quaesito maritum destituere.

RESPONS.

RESPONS. LV.

*Professio paternitatis, a matre facta huic nocet, infanti
non omnino.*

Quemadmodum delicta carnis, naturae quippe animali consentanea, inprimis frequentia prodeunt, quoniam effectus in ciuitate vario respectu damnosos patiuntur, nulla facile in re quam in occultandis iis cogitationes hominum studiosius occupari conspiciamus. Hinc frequentissimae conventiones, quibus enixae, quem heri genitorem nunciauerant, falso accusatum esse profitentur, et mox infecutae actiones, quibus sibi egestate pressis illam professionem vili pretio elicitam et extortam conquerentes, vt filium agnoscat et alimenta praebeat, eundem euocant.

Quo quidem facto, si nihil affert, ex quo vini sibi illatam esse appareat, matris petitionem inutilem pronunciamus. Haec enim eorum, quae gesta fuerant, bene gnara, quum dolum obiiicere non possit, et nosse debeat, ad iura remissa regressum non patere, inductionem sponte perpressa sibi imputare debet.

B 2

Infantis

Infantis vero, quum, ne fame pereat, alimenta capere interfit, conditio matris professione non mutatur. Si iuris quidem regula non patitur, alteri iniquam ab altero inferri conditionem. Ut, si tutor infantis matris pacto cum reo accesserit, ipse quidem suum impugnaturus factum non admittatur, alius vero, hoc dimisso, ad vindicanda infantis iura tutor constituatur. Modo hic secundum *l. 29. §. 1. D. d. Probatt.* falsam matris professionem, et, quem petit, verum patrem esse, probare, vel, si alia probandi media desint, quod in praeced. resp. euicisse mihi videor, iurisiurandi conditionem assumpto parenti eiusue heredi offerre valeat.

Menf. Jul. huius anni eiusmodi lis coram Senatu Querfurtense acta nostro iudicio submittebatur. Scilicet actoris haec erat narratio: Pupilli tuendique sui matrem P. ante aliquot annos cum F. nunc defuncto quotidie rem habuisse, ex eaque consuetudine pupillum prodiisse: Matrem, ut amico morem gereret, eumque ab opprobrio et poena liberaret, nullum sibi ius agendi esse, instrumento significasse, aliumque simulando patrem infantis nominasse: His ista gestis F. priuatim infantem filium suum agnouisse, ac, donec vixerit, eius alendi causa matri quotannis quatuordecim iochimicos numerasse. Ob eamque rem actor F. haeredem aggrediebatur petendo, ut eandem cum defuncto obligationem agnosceret, et, quae pupillus neque sibi dum comparare, neque a matre inope impetrare possit, alimenta suppeditaret. Ceterum, ut dictis fidem faceret, iusiurandum deferebat.

Haeredis

Haereditis exceptioni, conscientiam suam matris professione defendi, subscribere vix dubitaueris. Videlicet, quae a tutore proferebantur ex matris narratione descenderant. Cui falsiloquium professae quoniam fides non habetur, non inique existimaueris, aequae minus eius narrationi iusiurandum calumniae a tutore praestandum posse superstrui.

Quoniam vero hoc ipsum, ut falsiloquo fides non habeatur, est poena falsiloqui, quoniam poena delinquenti inhaeret aliumque delicti haud participem non tangit, quoniam verum esse potest, cui in iure fides non habetur, eandemque ob causam haec iuris fictio tutoris conscientiae vim facere nullam potest, quoniam denique ad remouendum calumniae opprobrium hoc vnum requiritur, ut ius iurandum deferens se credere, vera esse, quae protulerit, sua religione euincat, ipsamque veritatis definitionem aduersarii conscientiae relinquat, tutoris petitioni concedere non dubitauimus.

Ipsam sententiam tene his verbis conceptam: *Die weil der Mutter Aeußerungen ihr zwar selbst, nicht aber deren Kinde zum Nachtheile gereichen, und wohl geschehen seyn kann, daß die bes. Fol. 22 gethane Erklärung auf die Fol. 28 sq. angegebene Weise, sowohl eben hierdurch die bes. Fol. 3. derer beygelegten Akten sub P. gethane und an sich unwahrscheinliche Aussagen veranlasset worden; Denen Rechten nach aber vielmehr auf das in der That geschehene, als zum Scheine vorgegebene das Absehen zu richten; So wie im übrigen*

B 3

Bekhte

Bkte durch die verneinende Beantwortung sub no. 1. fol. 18. der Ausflucht, es habe Kl's Pflegbefohlenen Mutter außer Bekter Erblässern mit mehreren Personen den Beyschlaf gepflogen, sich selbst verlustig gemacht, so ist, wenn Kl. den über den 1. 4. 5. und 6ten Abschnitt der Antwort Fol. 18 sq. ihm zurückgegebenen und angenommenen Haupteyd de credulitate, nebst dem für Gefährde leistet, Beklagte demselben zu Unterhaltung dessen Pflegbefohlenen von Zeit der erhobenen Klage an gerechnet, so lange, biß er sein Brod selbst zu verdienen vermag, 14 Rthlr. alljährlich zu bezahlen, auch die durch diesen Prozeß verursachten Unkosten zu erstatten schuldig. V. R. W.

RESPONS.

RESPONS. LVI.

Documentum inuestiturae iudicialis a cautione pro expensis liberat.

Apparuit, in foro dubitari, 'qui inuestiturae iudicialis documento se dominum fundi alicuius approbauerit, a cautione ob impensas in processu iudiciali praestanda immunis existimandus sit, an minus. Qui negant, hoc argumento vtuntur: Distinguendum esse dominium inter et possessionem. Principem in lege iudiciaria Tit. XIII. §. 1. verb. *gesehen*, eademque repetitae praelectionis §. vn. verbis *angesesfen und* pro possessionatis etc. immunitatem ab hac legis obligatione propter possessionem, non propter dominium fundorum, tribuere. Ob fructuum perceptionem, ex quibus impensae fieri possent, quae ex possessione potius, quam ex dominio consequatur. Hoc luculentius clarere ex reliquis exemptionum causis d. §. vn. *welche Krahmäden, oder Apotheken besitzen, ingleichen die Vsufructuarii, und die Officiales, so in wirklicher Besoldung stehen*, expressis.

Hoc equidem ratiocinium, hanc distinguendi rationem plane improbo. Quam si admittere velimus, neglecto inter possessionem veram et nudam detentionem discrimine, consequere-

sequeretur, colonum, quippe fructuum perceptorem, ab hoc onere magis immunem dicendum esse, quam fundi dominum, quod vere absurdum quis facile somnians fuerit. Legislator potius hanc immunitatem actori ex praesumptione largitur, qua credendum est, fore, ut expensas, reo absolutoria sententia reddere iussus, soluere possit. Hoc exemptionum causae, quas modo adduxi, et immunitas vniuersitatum, habeant praedia, an non, abunde confirmant. Et quoniam plus est in dominio quam possessione, contra rationem esset, praesumptionis illius efficaciam huic tribuere, illi denegare.

Accedit loquendi usus, qui omnem dubitandi speciem excludit. Si neminem quidem praeterire potest, verba *gesehen, besessen*, ac imprimis *begüthert*, quae in d. Tit. §. 1. et 2. promiscue obueniunt, longe verius de dominis, quam possessoribus intelligi, illisque frequentius et commodius, quam his, tribui. Missam facio fori constantiam in tribuenda hac immunitate admodum propitiam, eandemque actori, modo minimi pretii tugurium habeat, largientem.

Quam ob rem his ipsis diebus hanc exceptionem in lite coram Praefect. Grünhayn. disceptata ob demonstratae possessionis defectum actori oppositam inanem abieciimus, his verbis; *Daß Bekhtens auf Bestellung des Vorstands derer Unkosten halber gerichtetes Suchen, da er, daß Kl. das streitige Gut in Lehn und Würden habe, zugestanden, nicht statt hat; Und weil u. s. w.*

RESPONS.

RESPONS. LVII.

*Quod alias huius immunitatis causas lege non expressas
exhibet.*

Nihil facile frequentius in foro obuenit, quam exceptio, ob non praestitam cautionem impensarum causa, in litibus vel ob res vilioris pretii, minutas appellari in Saxonia consuetas, vel ob alimenta institutis, actori nunquam fere non inutiliter opposita.

Per se patet, me non illa huiusmodi controuersiarum exempla in mente habere, in quibus actor ius pauperibus concessum sibi tribui postulat. Hoc enim ab hoc onere per se liberat. Frequentissimae petitiones alimentorum prodeunt in actionibus agnoscendi alendique partus causa a matre, vel tutore motis. Quae negotia quoniam, si opibus abundantes intercedunt, ingredi iudicia non solent, quae proferuntur, miserabiles, quibus propterea iuris fauor auxiliatur, personas concernunt. Accedit, quoniam amplexus amantium remotis testibus fieri solent, vix vnquam contingere, vt non actor in probationem suae assertionis iurisiurandi delatione vtatur,

C

quae,

quae, quod scimus omnes, tacitam oblationem, pro auer-
tenda calumnia iurandi, supponit.

Reus igitur aut negat libelli narrationem, quo fit
ocasio, litis per iusiurandum rei, praeiudicis iuramento
calumniae, vel adtriciis relatum finiendae. Cuiusmodi sen-
tentia dum obligationem circa litis impensas simul definit,
cautionem propterea praestandam superuacaneam facit. Aut
reus, congressus cum pluribus exceptione vestitus, affirmat,
quo ipso decreto intermistico, ac dispositioni circa impensas
necessarias in *fin. Sphi 12. Tit. I. Ordinat. Recogn. obuia*
locum facit.

In causis vero minutis simul cum obligatione prae-
standarum vel restituendarum impensarum vno termino
finiendis quis non cautionem earum nomine otiosam esse
intellexerit. Vt, quanquam regulariter in processu ordinario
praescripta ad summarium, in quibus rebus mutatio lege facta
non apparet, aequae pertinent, in re praesenti ipsa rei natura
exceptionem requirere videatur.

Certe nostrum collegium in vtroque causarum genere,
sub quo tamen alimenta vel conuentione promissa, vel per
testamentum relicta, aliamue ob causam praeter paternitatem
debita comprehendere nolum, posthabita cautione, rem ipsam
citissime definire studet, et hanc pronuntiandi rationem con-
tinuo vsu seruat.

His

His praemittendis opportunitatem praebuit

VIR CONSVLTISSIMVS

ADRIANVS HENRICVS PLOESSING

qui vitae suae adhuc laudabiliter actae decursum sic nobis exposuit:

Natus sum Lipsiae anno MDCCCLX. die x. Octobris, probis ac honestis parentibus, Johanne Augusto et Johanna Elisabetha Gebhardtia ante aliquot annos morte mihi erepta. Imbutus a praeceptoribus priuatis initiis religionis, et quibus aetas puerilis impertiri solet, litterarum cognitione, traditus sum disciplinae scholae, quae a S. Nicolao nomen habet, et in hac vrbe floret, vbi in primis Forbigeri, qui nunc huic scholae summa cum grauitate et laude praest, et Behringeri humanitatem et benevolentiam expertus sum. Nec sine grata mente agnosco Loefneri, meritissimi in hac academia professoris, liberalem institutionem, qua magna cum vtilitate frui mihi licuit, vsque dum anno MDCLXXVIII. ad hanc litterarum vniuersitatem accessi, quum iam anno superiore ciuitas academica a Burschero mihi data sit. Philosophiam me docuit Seydlitzius, historiam vni-

C 2

uerfa.

uersalem Wenckius, Ius naturae, historiam iuris
 et institutiones ab Einerto, doctrinam de ordine
 iudicii ab Eeodem et a Kindio, qui nunc Serenissimo
 Electori Saxoniae a consiliis prouocationum est, percepi.
 In iure Digestorum, canonico, germanico, criminali
 b. Schottus et in iure saxonico Idem et Kindius
 me erudiuerunt. Hic quoque ius feudorum et do-
 ctrinam de actionibus forensibus, Idemque et b. Sege-
 rus artem referendi exactis iudicialibus me docuere.
 Iuris publici vniuersalis scientiam Iunghansio, qui
 iam Serenissimo Principi nostro a consiliis aulae
 et regiminis est, debeo. Denique exercitationibus exa-
 minatoriis et disputatoriis a Kindio, Wollio et
 Pohlio, Senatore huius urbis Amplissimo, institutis,
 interfui. Hisce omnibus Doctoribus, quorum disciplina
 uti mihi contigit, grates exsoluo decentissimas, eorum-
 que in me merita semper pia mente praedicabo. Singu-
 lulari autem obseruantia mihi colendus est, quem iterum
 nomino, Kindius, a quo nullum mihi defuit humani-
 tatis officium, cuiusque institutioni multa, consiliis
 vero plane omnia me debere, non sine verae pie-
 tatis sensu palam profiteor. Eo duce ac praefide
 anno

anno MDCCCLXXXIII. dissertationem: *de dote a detractu
 haud libera*; publice defendi, et paulo post, examine
 superato, ab Illustri Iurisconsultorum ordine
 dignitatem iuris vtriusque Baccalaurei nactus sum, cui
 beneficio Serenissimus Princeps, Elector Sa-
 xoniae anno MDCCCLXXXVI. addidit hoc, vt causas
 in foro agendi potestatem mihi benignissime tribueret.
 Iam ad summos in vtroque iure honores aspiraturus,
 praelectionibus pro Licentia super L. VII. C. de locat. et
 conduct. et C. XVII. X. de testib. et attestat. publice habi-
 tis, me examini, quod rigorosum vocant, subieci.

Ex quibus quum appareat, virum doctissimum non
 praematura in forum studia propulisse, vt potius masculam
 iuris scientiam multo longoque labore comparatam colloquio
 rigorofo cum eo nuperrime instituto nobis approbaue-
 rit, eandemque nouissime Dissertat. Inaugurali *Fideiussio et
 Commendatio virum inter mercatores ordinis beneficium admittant
 d. XXVII. Aug.* publice defensa magis confirmauerit, post-
 quam denique praelectiones, quae pro gradu vocantur,
 habuerat, suprema iuris laurea, cum spe, suo ordine in col-
 legio nostro olim affidendi, eo lubentius eum ornauimus,
 quo confidentius speramus, vero aliquando ordini nostro
 eum adiumento futurum esse.


Quare

Quae omnia rite more maiorum peracta esse, plenioris
fidei causa, hoc programmate, quod sigillo collegii nostri
vestitum conspicitis, significamus: P. P. Dom. XIV. post
Fest. SS. Trinitat. A. C. MDCCXCV.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



Quae





Leipzig, Diss., 1795 A-E

V078

ULB Halle

006 609 724

3



SB





ORDI

ID

PROCAN

SENIOR ET RE

FACVLTATI

LIPS

SVMOS IN I

CVM

SVO TEMPORE LO

OBTI

PRAECLARISSIM

ADRIANO HENRI

LIPSI

IVRIS VTRIVSQVI

D. IV. SEPTEMBR


COLLA

INDIC

INSV

Responsor. Iur. LIV.

1795, 5.



B.I.G.

Farbkarte #13

inches

Centimetres

